Satis iā multa verba de studij huius utilitate
fecisse mihi videor, nunc pauca de eiusdē necessi=
tate dicā. Potest hoc studiū dici ita nerium
ut sit addiscendū, n̄ tam ita difficile ut sit perfi=
ciendū. Nullus n. tā Boetici ingenij reperien=
dū puto, qui studiū hoc apprehendere nō valeat. si=
quidē tantae facilitatis est, ut facilij ingenio
praeditus, atq; in humanioribus bene versatus in=
tra unius anni circulū perfectissimus, si diligētia
adsit, evadere possit. Sed quā facile tam necium.
tantā n. huius necessitatē ee existimo, ut ad
oēs artes litterarias ac scias oēs pertinere vide=
atur. Advertendū tamē ē, necessitatē ex cā
finali, iuxta mentē Doctorum ee duplicē: aliā
sine qua ~~quidē~~ nullo mō, nullo labore, nulla in=
dustria finis obtineri pt: aliam, sine qua quidē
finis haberi pt, sed n̄ tam facilè, n̄ tā commodè,
aut etiā n̄ tam perfectè. priori necessitate quam=
vis Graeca lingua n̄ sit necia ad oēs artes ac sci=
entias, posteriori tn̄ necessariā illā ee existimo.
Ac primum quidē rudimentis, principijs illis lebis
simul ac singularē suā praestantiā concedamus
a Graecis litteris independentia. et his dimissis
ad sequentē doctrinā, ad scientiam illā sublimissimā
quā sex casibus absoluit, Grammaticā, inquā, pro=